

12.

15

Q. D. B. V.

# IVS ADCRESCENDI

DISSERTATIONE PERIODICA

PRAESIDE

IO. GOTTL. DE HACKEMAN

J. V. D. ET P. P. O. FACVLT. JVRID.

h. t. DECANO

VI. KALEND. OCTOBR. MDCCXXXIII.

IN

*AUDITORIO ICOTORVM*

DEFENDET

CHRISTIAN. GOTTL. STOECKEL:

MONSTERBERGENSIS SILESIUS,

---

*FRANCOFVRTI CIS VIADRVM*

*EX OFFICINA ALEXII.*



1751  
AS ADRESSENBL

REPERTORIUM PERIODICA

LAATZ

1751 GOTTLIEB HACKEMAN

1751 M.R. O'CAFFY LOND.

4 EDITION

1751 KLEINER OOCOTT'S MEDICAL DICTIONARY

IN

EXTRACTS FROM THE LITERATURE OF MEDICINE

TRANSLATED

CHRISTIAN GOTTLIEB STOLZKEM

MUNICH: BY J. F. SCHMID

1751 GOTTLIEB STOLZKEM

Edition V

V I R O.

PERILLVSTRI. EXCELLENTISSIMO.

IOANNI. CHRYSOSTOMO.  
DE. BLOCHMAN.

POTENTISSIMO. REGI. PORVSSORVM.

A. CONSILIIS. SANCTIORIBVS.

SVPREMI. QVOD. WRATISLAVIAE. EST. CONSISTORII.  
ET

INCLVTAE. REIPVBLICAE. WRATISLAVIENSIS.

DIRECTORI.

GRAVISSIMO. MERITISSIMO.

NEC. NON.

V I R O.

EXCELLENTISSIMO. CONSVLTISSIMO.

AMPLISSIMO.

GODOFREDO. LEGNER.

REGI. NOSTRO. CLEMENTISSIMO.

A. CONSILIIS. ECCLESIASTICIS.

SVPREMI. QVOD. WRATISLAVIAE. EST. DICASTERII.

ADSESSORI. DIGNISSIMO.

VT. ET.

V I R O.

GENEROSISSIMO. CONSULTISSIMO.  
AMPLISSIMO.

IOANNI.CHRISTOPHORO.  
A. WOLF.

I. V. D.

MAGNIFICI. WRATISLAVIENSIVM. ORDINIS.  
SENATORII. MEMBRO. SPLENDIDISSIMO.  
SYNDICO. CIVITATIS. EIVSDEM.  
LONGE. MERITISSIMO.

MECENATIBVS. SVIS. ATQVE. FAVORIBVS.  
GRATIOSISSIMIS. AETATEMQVE.  
COLENDIS.

IN. ANIMI. TOT. BENEFICIORVM. IN. SE.  
CONLATORVM.

OMNI. NVNQVAM. NON. MEMORIS. SIGNVM.  
HOC. QVIDQVID. EST.  
PVBLICI. STVDIORVM. ACADEMICORVM. SPECIMINIS.  
SACRVM. ESSE. CVPIT.

ILLVSTRIVM. AC. EXCELLENTISSIMORVM.  
NOMINVM. EORVM.

CVLTOR. DEVOTVS.  
C. G. STOECKEL.

## COROLLARIA.

- I. Aëtus unicus inducit confuetudinem.
- II. Mulier testis in testamento reëte adhibetur.
- III. Sponsio a sciente iuste initur.
- IV. Interesse lucri cessantis quiuis postulet.
- V. Paëtum et genus et species est conuenientis.
- VI. Eadem est conditio, quae datur ex mutuo, et quae ex promutuo.

# GOROFARIA

- I. AGE et iuris iudicis conuictus.
- II. Miller regis in servitudo leges aperte  
perire.
- III. Spolio et iuris iudee iustitia.
- IV. Interregni et regni cœlumis diuinis letitiae.
- V. Reges et Regum et Imperiorum  
imori.
- VI. Egoem et coniugio dno qm ex mlt  
fno et dno ex bionum.



DE  
IVRE ADCRESCE<sup>N</sup>DI.

§. I.



Inter subtilissima iuris Ro- Materiae  
mani capita spinosam aut praefstantia  
contortam illam de iure ad- er difficul-  
crescendi disputationem re- tas.  
tius referri, testes nobis  
sunt in iuris peritia viri lon-  
ge excellentissimi. Ut enim omittamus ea, qui-  
bus circa hanc materiam nobis suffragantur  
VVLTEIVS atque HOTOMANVS in quaest. il-  
lustr., dum scilicet illum, qui hanc iuris particu-  
lam illustraturus sit, opus ualde arduum adgredi-

A arbit-

arbitrantur: satis documenti uel illud est, quod  
uiri de iurisprudentia restauranda et exornanda  
optime meriti hancce iuris minutiam foecundis  
suis meditationibus strenue quidem expoliuerint,  
neque tamen in tanta de iure ad crescendi scripto-  
rum copia uix quisquam inueniatur, de quo tri-  
tum illud: oleum operamque perdidit, valere  
queat. Longiores hic iam esse nolumus in re-  
fusciandis ueterum, quibus Latii iura debemus,  
architectorum umbris, qui arduum hoc iuris ar-  
gumentum suis dilucidationibus consignarunt.  
Quem nostrum illa fugit gloria, quam scriptis ue-  
re doctis DVARENJI, GOVEANI, PAPILLONII,  
STEPHANI, SVERINI, MERILLII, CHARON-  
DAE, LVDWELLI, BACHOVII, LAVTERBA-  
CHII, STRYKII, COCCEII in hac iuris parte  
sibi conciliarunt, ut reliquorum exquisitas hinc  
& inde in operibus suis ad eandem hanc adcretio-  
nis materiam adnotaciones silentio praetereamus.  
Existentibus itaque in hoc iuris membro adeo  
multorum scriptis, selectiores illas auctorum iam  
iam memoratorum sententias, quoad uires no-  
straes & instituti ratio permittunt, inter se conferre  
ac ponderare nobis uisum est. Exhibebimus  
scilicet paucis hisce pagellis, tanquam in breui ta-  
bula, si non exesse omnia, praecipua tamen con-  
trouersiae huius materiae momenta. Quam su-  
ceptam in hoc studiorum genere operam, ut B. L.  
benigne interpretetur, enixissime rogatum uo-  
lumus.

§. II. Am.

## § II.

Amplissimam et a multis retro saeculis cele- *Definitio*  
 brem de iure ad crescendi doctrinam breui hac & diuisa,  
 descriptione initio statim comprehendimus: *ius*  
*ad crescendi est incrementum partis ad partem.* Ipsa ad-  
 cretionis uox ab adluuione promanauit, cumque  
 ea in L. 33. §. ult. de *usufr.* comparatur. Ad crescit  
 siquidem rebus nostris aliquid ita paulatim, ut in-  
 crementi eius ratio uel series uix sentiatur.  
*Quae loquendi formula a naturali rerum uege-*  
*tantium augmento ferme insensibili desumpta est*  
*in L. 30. de A. R. D.* Ad crescit uero, id quod bene  
 norandum, portio deficiens portioni, ut adluuio.  
*uid. L. 3. §. 1. in fin. de usufr.* Ad crescit tacite sine  
 facto aut intentione seu uoluntate alterius, ideo-  
 que ius hocce nostrum est latens quasi incremen-  
 tum iuris. Dicitur autem, partem parti adcre-  
 scere, sive portionem portioni. Hinc pars uacans  
 non personae ad crescere, sed semper portioni.  
*Vnicā tantum inuenitur exceptio, in usu-*  
*fructu scilicet a collegatario amiso, qui non*  
*portioni, sed personae ad crescere.* Fit autem  
 incrementum hoc seu accessio inter heredes sem-  
 per, inter legatarios uero tantum propter con-  
 iunctionem, quae iungit & colligat in unum hoc  
 modo coniunctos, ut pro uno habeantur. L. 34.  
*de leg. 1.* Hinc audit etiam *ius coniunctionis.* Quia  
 quoque coniunctus quasi substitutus est, *uid. L. 3.*  
*§. 1, quib. mod. usufr.*, ideo tacita quaedam subesse

A 2

existi-

existimatur substitutio. L. 61. §. 1. de leg. 2. Dispescunt uero ius ad crescendi quidam iuris interpres in ius ad crescendi *proprie* sic dictum, et in ius *non decrescendi*. Quae tamen memorata iuris distinctio, quam a veteribus ICtis non fuerit adhibita, a conpluribus quoque pro genuina non agnoscitur, quomodo obseruat TREVTL. VOL. II. DISP. XIII. thes 3. lit. G. Tum uero & alia dicti iuris diuisio innotuit. Diuidant scilicet ius ad crescendi *in personale*, quod usufructu, et *reale*, quod proprietate absolutur remque ipsam respicit. Nonnulli tamen priorem, quam adduximus, diuisiōnem valde urgent. Ius enim ad crescendi, proprie sic dictum, inter uerbis tantum coniunctos, ius uero decrescendi inter re tantum, item inter re simul et uerbis coniunctos obtinere, ex L. in. § 9. et 11. c. de cad. toll. elicere student. Id quod minus tamen recte fieri, notat MYNSING. ad §. 8. f. de Legat. uid. §. VIII. infr.

### §. III.

*Origo iuris  
ad crescendi  
uera.*

Circa deducendam iuris ad crescendi originem longa est fuitque Ddru m disputatio, cui ut strictius, ac par est, inhaeramus, operae haud erit pretium. Reiectis itaque conplurium opinionibus, ii nostra quidem sententia agunt optimē, qui originem iuris huius interpretationi prudentum ad LL. XII. Tabb. attribuunt. Quam, prout uerioris doctrinae susceptionem, et iuris

5

iuris et antiquitatum habere rationem, inuenimus.  
Et hinc est, quod ab VLPIANO lib. sing. reg. tit. 1.  
17. et 18. in L. 29. § ult. de leg. 2. ius uestus, et L. ult. C.  
de hered. inf. regula antiqua nuncupetur ius nostrum  
ad crescendi. Siue, admissa ista distinctione, di-  
cendum potius est, ius illud in legitimis heredi-  
bus ex interpretatione legis procedere, siquidem  
ueteres hereditatem non aditam nec transmitti  
uoluerunt, L. un. §. 5. C. de cad. toll., nisi in eos, qui  
illam adibant, ideoque iure ad crescendi gauden-  
tes. In scriptis autem heredibus ius saepius di-  
ctum ex uoluntate testatoris accessisse, legimus,  
Nemo enim secundum iuris principia pro parte  
testatus et pro parte intestatus obire poterat.  
Hinc heredibus a testatore scriptis ius ad crescendi  
datum simul esse existimabatur. VLPIANVS  
Tit. 24. §. 12. d. l. B. KRESS p. 322. §. 5. Spec. pand.  
Ob quam duplarem iuris ad crescendi rationem a  
DDribus efficta est diuisio, quando coniunctio-  
nem alteram hominis, legis uero alteram; esse ad-  
firmant, ita tamen, ut intuitu heredum largior  
sit, quam respectu legatariorum interpretatio.  
(§. II. et VIII.) Vtrum ius ad crescendi ante legem *Disputatio*  
Papiam iam obtinuerit, an uero per illam postea circa Leg.  
sublatum sit, id quidem ualde disputarunt ICti? Pap. de iure  
Veteres iuris oeconomos de iure ad crescendi di-  
spurasse, quum ad legem Papiam scriberent, ob-  
seruat BALDVINVS TOM. I. p. 228 ed. Hein. Quae  
illorum disputatio clare patet ex VLPIANO Tit.  
XXVIII. §. 7. et Tit. XXIV. §. 2. Id certo certius est,

legem Papiam non omne ius ad crescendi legata-  
riis coniunctis ademisse, praeципue non extraneis.  
*uid. L. 29. de leg. 2.* et ius suum caduci illi praetulisse.  
Neque obstat *L. 57. de leg. 2.*, quum in casu ibi  
proposito legatum deficere dicitur. Indicatur  
enim ibidem, quod legi Papiae locus esse possit.  
Hinc recte norat OS. AVRELIVS *Disputat. XL. tom.*  
*III. p. 790.* T. I. R. EV. OTT. defendens Cuiaci-  
um, quod ius ad crescendi post legem Papiam non  
sublatum fuerit in totum, sed, quod Icti disputa-  
uerint post legem illam, quibus in casibus ius il-  
lud firmum perseveraret. Ne uero in eundem  
cum quibusdam errorem factamque illorum con-  
fusionem incidamus, in lite hac diiudicanda se-  
cernenda sunt omnino iurium diuersorum tem-  
pora. Jure scilicet *antiquo*, quod a LL. XII. Tabb.  
ad legem usque Papiam obseruabatur, apud legi-  
timos heredes ius erat ad crescendi, deficientibus  
scilicet agnatis proximis, ab intestato alias adue-  
nientibus, *uid. L. 1. de suis et legit.* Quod idem ius  
nec lege Papia fuit inmutatum. Circa heredes  
autem scriptos, si uiuo quis testatore mortem obi-  
bat, uel, mortuo testatore ante apertas tabulas de  
uira decedebat, aut in peregrinitatem redigeba-  
tur, uel aliis ex causis hereditatem uel rem lega-  
tam deserebat, ius caduci lex Papia exerceri uo-  
luit, cuius descriptio patescit *ex L. un. §. 4. C. de Cad.*  
*toll. conf. L. 53. et 59. de A. uel O. H.* Jure *novo*, cui  
post legem Papiam locus erat, ius, legitimis con-  
petens heredibus, ad eas quoque legitimas here-  
ditates

ditates extensum fuit, quae SCtis deferuntur.  
*L. i. §. 9. ad SC. Tert.* Tandem iure, quod dicitur,  
*nouissimo Justinianus veteris iuris reduxit obser-*  
*vantiam L. un. C. de cad. toll.*

#### § IV.

Distinctis iis, quae necessario distinguenda *vbi locus*  
*erant, ubinam ius ad crescendi legitimum inueni- iuri adcr. 3*  
*at locum, breibus considerandum sequitur?* Jus  
*illud plus uice simplici laudatum duobus tantum*  
*in capitulis, ut puta in successionibus & ultima quavis*  
*uoluntate obtainere, expediti iuris est. Siue ideo*  
*quis ab intestato siue ex testamento heres exsi-*  
*stat, iure tamen semper illo fruitur. L. i. §. 9. ad*  
*SC. Treb. L. un. §. 14. C. de cad. toll.* Exceptio est intuitu  
*militis in L. 37. de tef. milit.* Neque distinguitur,  
*an quis directe aut per fideicommissum uniuersale,*  
*an uero particulariter succedat. L. 16. §. 4.*  
*L. 43. ad SC. Treb.* in tantum, ut etiam in mortis  
*causa donatione ius hoc obtineat L. ult. C. de M.*  
*C.D.* Porro, iure eodem gaudent bonorum pos-  
*sessores L. 3. §. ult. de bon. poss.* item in iis casibus,  
*in quibus querela inofficioi testamenti conpetit,*  
*L. 23. §. ult. de ineff. tef. recte adhibetur.* Colligunt  
*itaque, ius illud esse receptum, partim propter*  
*coniecturam uoluntatis defuncti, partim propter*  
*quandam iuris rationem. Sic, si quis erat con-*  
*iunctus coheres, tacite uidebatur testator tribuere*  
*ili uoluisse alterius partem deficientem. Immo,*  
*licet*

licet coniunctus non fuisset, ius tamen adcrescendi nihilo minus habebat, sed potestate iuris L. 13.  
 §. 3. de hered. inf. et quidem ob iuris antiqui regulam. L. 7. de R. J. L. 74. de hered. inf. (§ III. h.)  
 Heredes enim semper coniuncti censentur, quomodounque facta fuerit institutio. Ex aduerso circa legatarios, si iure ad crescendi frui uelint, necessario requiritur, ut fuerint coniuncti. L. 1.  
 pr. et L. 11. de usufr. ad cresc. conf. EM. MERILLIUS  
 Cap. V. de Jur. ad cresc. TOM. IV. EV. OTT. Exceptiones recenset THOM. PAPILLONIUS de iur.  
 ad cresc. p. 772. 75. 77. 78. apud EV. OTT. d.l.

## §. V.

Quomodo  
heredibus  
ad crescet?

Jus ad crescendi ex lege ipsa deriuandum est. Sicuti enim successio solius legis est beneficium, ideoque legitima in iure audit L. 3. §. 2. pro soc. : sic ius etiam ad crescendi, ut illius accessorium legi tantum adscribitur, CAP. 42. de R. J. in 60. Tum uero in iure adcretionis ad defuncti uoluntatem, non autem legem solum respicitur. L. 130. de V.S. (§ III IV.) Qua distinctione obseruata, heredes et legatarii probe hic secernantur. Circa heredes regula obtinet: heredibus ad crescet nolentibus et iniuitis semper cum onere. Procedit hoc uariis ex causis. Quodsi enim ad ipsam uocabuli heredis deriuacionem respicimus, heredem ab hero Latinos deriuasse, constat. Heres defunctum repreäsentabat L. 22. de usucap. et usurp. Quae facta

ficta heri repreaesentatio secundum partem fieri nequit. Arg. §. 4. J. de adopt. Neque humanum est, quod is, qui sentit commodum, non incommo- dum quoque seu onus in se suscipiat. L. 122. §. 1. de leg. 1. L. 74. ibid. Porro, heredes legitimi sunt quasi substituti L. 76. §. 7. de Leg. 2. Neque obstant L. 1. §. 9. de leg. 3. L. 11. 12. 13. de iur. cod. In his enim legibus de iis est sermo, qui suo iure, non ex de- functi uoluntate succedunt, ideoque illis onus in- poni non potuit. Alia adhuc ratio redditur in L. 7. de R. J. Exceptio est in L. 5. et 55. de A. uel O. H. nec non Nou. r. C. 1. §. 1. Adcrescent quoque heredi in- uitio coheredum portiones, quia hereditatem adiit L. 35. et 53. §. 1. de A. uel O. H., adeoque contra te- statoris uoluntatem L. 23. §. ult. de inoff. test. Neque est, quod quis obiiciat: inuitis non dari benefi- um, ergo nec inuitis ad crescere. Qui enim here- ditatis partem semel adquisiuit, alteram repudiare non potest L. 4. C. de repud. hered. L. 1. et 2. de adquir. hered. Ne uero caussam querendi quis habeat, iura ipsi facultatem a parte hereditatis abstinendi de- derunt. L. 57. de A. uel O. H. Neque coheres obli- gatur ad accipiendam alterius portionem oblatam per CONST. IVSTIN. de hered. et Falcid. CAP. I. §. 1.

## §. VI.

Circa adcretionem in legatariis ius Romano- *Quomodo*  
rum uetus a recentiori probe secernatur. Illo, si legatariis  
duobus eadem res per damnationem disiunctim  
legata erat, singulis in solidum debebatur, alteri

B

scili-

scilicet res, alteri aestimatio. Quod si uero coniunctum simili modo duobus res fuisset legata, ius ad crescendi inter eos non obtinebat, et non capientis pars, nisi caduca fieret, in hereditate manebat. Rursus, si duobus res per vindicationem legabatur, sive coniunctum sive disiunctum, inter eos esse ius ad crescendi intelligebatur. Quod uero discrimen Justinianus Constit. sua de iure novo sustulit. BALDVIN 10. I. p. 1070. ed. Heinec. Hodie ex communi DD. sententia distinguunt legatarios inter *disiunctos* et inter *coniuctos*. Prioribus partem deficientem *inuitis*, ast sine onere ad crescere, uolunt. *did. L. un. §. 11. de caduc. toll.* Legatarius enim hic partem ex sua accipit persona, quoniam ipsi a testatore solidus iam fundus legatus erat. Hinc, quum unam agnouit partem, alteram repudiare non potest. *L. 58. de leg. 2.* Nec alterius in se onus suscipiat. Non enim alienum capit legatum, sed suum iam habet. Species est: Abrahamo fundum Tusculanum do, lego; Isaaco fundum Tusculanum do, lego, si heredi decem dederit. Ex aduerso legatarii coniunctis ad crescit *uertentibus*, sed cum onere. Species est: Paulo et Petro fundum Tusculanum do, lego, si heredi decem dederit: tunc, altero deficiente, alteri uolenti pars uacans ad crescit cum onere decem dandorum, si quidem alter legatariorum partem suam ab initio iam habere uidetur. *L. 34. §. 9. de leg. 1.* Dicta haec etiam applicantur ad collegatarium per cit. *L. un. §. 4.*

§. VII.

## §. VII.

Quo autem coniunctionis doctrina evidentius *Coniunctio*  
 paulo percipi queat, tenendum primo erit, quid *quid et quo-*  
*& quotuplex sit coniunctio?* Venit itaque *coniun-* *quotuplex?*  
*ctio eo apud iureconsultos sensu, quod sit rerum aut*  
*personarum connexio et unitas.* Coniuncti dicuntur,  
 qui mutuo quodam iure ita iunguntur, ut unus  
 loco habeantur. L. 34. de leg. 1. Coniunctionis ipsi-  
 us in iure tria noscuntur genera. Sic *re tantum*,  
 postea *uerbis*, tum *re et verbis* seu *mixtim* coniuncti  
 salutantur. *Re* coniunctus dicitur, quum eadem  
 res separata oratione pluribus relinquitur, u.c. Sti-  
 cho fundum do, lego; Daūo do, lego fundum. *Re*  
 et *verbis*, quum plures ad eandem rem uocantur  
 coniuncta oratione, u. c. Titio et Maeuio, Titio  
 cum Maeuio, Titio Maeuioque, uel etiam non pos-  
 tis, sed subintellectis his articulis *et*, *que*, *cum*.  
*Verbis* coniuncti audiunt, quum ad partes diuer-  
 sas plures uocantur, u.g. Esauo et Jacobo fundum  
 do, lego. Conf. BEYER ad J. tit. de legat. §. 72 - 75.  
 et ad D. §. 7 - 31. b. OS. AVRELIVS TOM. III. p. 788.  
*T. J. R. apud EV. OTT.* Adplicatio breuibus ita  
 procedit: In coniunctis unius generis, qui partes  
 suas agnouerunt, pars deficiens omnibus adcre-  
 scit. Si coniuncti commixti, et unus ex disiun-  
 ctis deficiat, pars eius ad crescere omnibus, ita ta-  
 men, ut obseruetur dispositio L. 34. de leg. 1. L. 11.  
 et 13. de hered. inst., scilicet coniuncti non plus acci-  
 piunt, quam disiunctus. Denique, si unus ex con-  
 iunctis non adquirit, tunc ad solos coniunctos

eius portio spectat. L. 89. de leg. 3. Sic ad crescit  
 portio deficiens coheredi, collegatario et coniun-  
 &to cuius, portionem agnoscendi. §. 8. f. de leg.  
 L. 9. de suis et legit. In coniuncto autem, qui iure  
 ad crescendi gaudere uelit, requiritur, ut portio-  
 nem suam adhuc possideat, quo altera portio in  
 eum, tanquam in heredem heredis transeat. L. 26.  
 §. 1. de cond. et demonstr. L. 9. de suis et legit. Quid si  
 uero mirum aliquod caput eundem fundum di-  
 uer sis sex personis, triplici coniunctione sociatis,  
 legauerit? Respondet dilucide L VDOVICI §  
 XIV. ad D. tit. de legat. Quatuor scilicet fieri por-  
 tiones ob quatuor propositiones. Non enim hic  
 ad sex personas respici. BEYER d.l. Digna uero  
 non tatu sequentia ueniunt. Re coniuncti, licet dis-  
 juncti sint, ius ad crescendi habent: quia uoluntas  
 testatoris in coniunctione reali deprehenditur,  
 quem non frustra ad eandem rem plures coniun-  
 xerit. §. 8. f. de legat. OS. AVRELIVS DISPVNCT.  
 XL. TOM. III. p. 788. EV. OTT. Porro, re et  
 uerbis coniunctorum ratio in primis habenda L. 84.  
 de leg. 1. L. 89. de leg. 3. L. 26. §. ult. de usu fr. leg. Hi  
 enim non re tantum, sed etiam orationis comple-  
 xu iunguntur. Hinc illis prae caeteris ad crescit,  
 nisi uoluntas testatoris aliud suadere uideatur ex  
 uariis loquendi modis, ut in legatis per damnatio-  
 nem, in legatis alimentis, in conditione adiecta,  
 ut, si diverso iure legatarii ad idem legatum ue-  
 niant. VLPIANVS TIT. XXIV. L. 21. §. 2. de iur.  
 patr. L. 3. §. 3. de leg. praef. contr. tab. Hisce casibus  
 inter

inter coniunctos re et uerbis et inter coniunctos re  
ne quidem est ius ad crescendi.

§ VIII.

Vtrum ius ad crescendi inter solos coniunctos An inter  
uerbis tan-  
rum con-  
iunctos ius  
ad cresc. ob-  
tineat?  
uerbis locum inueniat, diuersis inter se castris uiri  
eruditissimi acerrime disputatione? Cuius nobilis-  
simae profecto litis materiam breuissimis, quantum  
fieri poterit, una cum nostra hic sententia exhibe-  
bimus. Ad firmantium partibus addicti 1) prouo-  
cant ad L. 142. de V. S. Ex hac lege inferunt, uerbis Resp. neg.  
coniunctos omnino esse coniunctos, ideoque in-  
ter eos ius ad crescendi obtinere, tanquam effe-  
ctum coniunctionis. Ast respondetur: PAVLLI in  
cit. leg. obstarere uerba: eo, quod tertius quoque ex parte  
dimidia scriptus est, uero similius est, in eundem semissim  
duos coactos et coniunctim heredes scriptos esse. Porro,  
dubitari, inquit ICTUS, posse, an tres semisses facti sint.  
id quod ideo negat, quia tertius quoque ex semisse he-  
res scriptus est. Rectissime ergo subiicit B. de COC-  
CEII Diff. de iur. ad cresc. § XII. Semisse hoc dedu-  
cto, reliquos duos ad eundem semissim, qui solus  
superest, pariter uocatos uideri. Plane tertio  
non adiecto, reliqui duo non fuissent coniunctim  
scripti heredes, sed in alio atque alio semisse. 2)  
Adducunt L. 16. 5. f. de leg. 1. Vbi legatum Titio et  
postumis pro uirilibus factum, postumo non nato,  
solidum Titio deberi. Respondemus cum B. de  
COCCII d. l. et OS. AVRELIO Diffundit. XL. p. 788.  
apud EV. OTTONEM T. I. R., legatum Titio et  
postu-

postumis factum esse sub conditione ob incertitudinem, an et quot nascituri sint. Neque obstat, si Titio postumo virilis pars legatur, nullo tamen nato. Tunc enim totum habebit, quia hoc quasi virilis ipsius portio est. 3) Proferunt in medium L. 66. de hered. inf. Adhibetur ibi formula ea, quod testator celerius loqui voluisse. Hinc a contrario concludunt, si testatori ita loqui non placuisse, locum esse iuri ad crescendi. Resp. Species huius legis a diuersis diuersimode fuit intellecta, quae plana tamen et simplex est. Quodsi GLOSSAM inspicimus, illa Caium et Meium pro *uerbis* coniunctis habet. Id quod tamen egregie falsum est ob L. 89. de leg. 3. obstantem. Allii interpretum cum FACHIN. IV, 98. controv. omnes hic legatarios pro disiunctis uenditant, prouocantes ad loquitionem ICTI, quando celerius scripsisse testatorem, legitur. Hinc, legatarios omnes ex aequis partibus succedere, volunt. Sed, neque haec illorum sententia erit admittenda. Nec *uerbis* facta hic uidetur coniunctio, licet tertii coniunctio accesserit, hinc potius VLPIANI in L. 9. §. 12. de hered. inf. elegans accipienda est decisio. Alii cum B. DE COCCEIO d.l. maiorem in hereditate, quam in rebus legatis coniunctionem esse, adnotant, ideoque testatorem non in eandem rem coniungere, sed celerius loqui voluisse uideri, autuant. 4) Adferunt L. 89. de leg. 3. Praeferrri hic dicitur *uerbis* tantum coniunctus ei. qui *re* tantum coniunctus est. Ergo in illum cadere ius ad-

ad crescendi concludunt. Resp. ICtus *in cit. L. 89.*  
*uerbis* coniunctum potiorem esse illumque praeferi uoluit. In quaestione autem hic semper subponitur, praeter *uerbis* coniunctos alium quoque re coniunctum esse. Sic in legatis interdum coniunctio *uerbis* facta pro coniunctione *re* et *uerbis* accipitur, scilicet, si Titio et postumis pro uirilibus legatum sit relictum. Hinc coniunctio *uerbalis* habetur pro duplici, si id ex mente testatoris colligi potest, ut in specie L. 16, § ult. de leg. 1. Vel, respondet B. DE COCCEII d. l. *in cit. leg.* duos esse casus, sibi oppositos, quod *uerbis* coniuncti aut concursu tantum partes habeant, ut reliqui coniuncti, aut, licet non concurrant: si illud, nec reliquis coniunctis obponi. Nec uerum esse, quod *in dict. leg. 89.* semper partes habere, dicatur. Hoc cessante, cessare ius ad crescendi, quod obtinet, si non concurrit alter, sed deficit. 5) Textus in §. 8. I. de legat. et in L. un. §. 10. II. C. de Cad. toll. ex aliis legibus esse subplendos, adseuerant. Sub *re* enim et *mixtim* coniunctis *uerbis* tantum coniunctos etiam contineri. Respondetur, in neutro iuris textu haberi rationem coniunctionis *uerbalis*, quum tamen in posteriori in primis lege de coniunctis prolixè tractetur. Neque obuertatur, in dictis legibus exempla tantum esse prolata, exempla autem regulam non euertere. Regeritur enim, *in citt. locc.* de coniunctione in genere, non speciatim tantum agi. 6) Nec obstarere existimat L. 3. pr. de usfr. ad cresc. et L. 80. de legat. 3. Nam, *uerbis* coniunctis

iunctos semper partes habere et ab initio solidum, tacite scilicet partes a testatore esse expressas, non tamen, nisi concursu fieri certas. Resp. Sunt clara uerba *cit. leg. 3.* solis re coniunctis beneficium ad crescendi competere. Ita enim uerba fluunt: *Toties ius ad crescendi est, quoties duo, qui solidum habent, concursu diuidunt.* Siue, si ius ad crescendi obtineat, requiritur, ut solo concursu partes siant, testamento autem idem in solidum singulis sit legatum. Porro, in *cit. leg. 80.* legitur: *coniunctim legari, est tota legata singulis dari, partes autem concursu fieri.* Hinc, quum testator rem eandem uel partem pluribus legat, iuri ad crescendi locus est. Excluduntur itaque *uerbis coniuncti.* 7) Speciem *Legis pen. de usufr. ad cresc.* ita explicant: *I*Ctum ibi agere de fructuariis, quibus ususfructus eiusdem rei ab heredibus singulis legatus est, quo casu constitutae illi geruntur partes ususfructus diuisae, quum hereditariae partes, ex quibus pendet ususfructus, sint diuisae. Resp. Nihil clarissimum esse posse, quando lex ita disponit: *Si aequis portionibus duobus eiusdem rei ususfructus legatus sit, inter eos ius ad crescendi non esse.* Hinc *uerbis coniunctos a iure ad crescendi recte excludit ZOESIVS n. 2.* ad D. b. Coniunctio enim plane hic non adeat. Heredes pro partibus iis, pro quibus heredes sunt, legatariis singulis usumfructum reliquerunt, absque ulla tamen coniunctione. Errat itaque BRVNDEM. ad *cit. leg. pen.* contrarium adserendo. Quodsi enim ZOESIO dissentienti WISSENBA-  
CHIVS

CHIVS, huic ex aduerso B. de COCCEII d.l. potius satisfecit. 8) Remouere student L. 20. de leg. 2. uel ita: quod ibi scilicet non sit coniunctio testatoris, sed tantum legis. Resp. Adlata distinctio rem plane non conficit. Nec duplex hic adest ex quorundam sententia oratio. Clara legis uerba contrarium liquido ostendunt. Quum enim non coniunctim, sed partes ibi legatae, fueritque una tamen tantum oratio, hincque coniunctio uerbalis, obiectio aduersariorum merito uilipendenda. 9) Obiiciunt L. 84. §. 12. de leg. 1. et L. 1. de usufr. ad cresc. Ast uero distinguendum est hic inter legatum per vindicationem et damnationem relictum. In specie priori, utpote inter legatarios *re* et *uerbis* coniunctos ius ad crescendi obtinet, in posteriori casu, nulla plane adest coniunctio. Ergo nullum quoque ius ad crescendi. Hinc *citt. legg.* *huc* plane non spectant. 10) In L. 7. de usufr. ad cresc. aliam plane speciem, quam *re* uera ibi est, effingunt, testatorem scilicet non legare heredi et Atro, quum tamen, lege illa paullo adtentius considerata, contrarium statim adpareat. 11) Lex 71. de leg. 1. plane huius loci non est, ut ex illa a quibusdam inferatur; non entis nullae sunt qualitates. VLPIANVS ipse ait: magis derisorium est, quam utile legatum. Consentit BRVNNEM. h. alias contrarius. 12) Nec disputandum de specie in L. 14. §. 1. ad leg. Corn. de falf. Adiicit MARCEL-LVS, quod falfum serui nomen subductum sit, hinc iuri ad crescendi non esse locum. 13) Tan-

C dem

dem, quid ridiculum magis illo, quando uel eam adhibent excusationem: *legem 34. S. 9. et L. 46. de leg. 1.* non esse restringendas. Illas enim dum aduersarii soluere nequeunt, friuola hac utuntur excusatione.

*Compendium doctrinæ  
nac.*

Et hae, nisi nos omnia fallunt, potiores sunt, quas aduersarii obuertere solent, obiectiones. Confirmamus porro fundatam magis in iure sententiam et in compendio ueluti rem totam exhibemus. Coniunctio sine *re*, non est coniunctio efficax ad inducendum ius ad crescendi *L. pen. de usufr. ad cresc.*, quia, ubi non est concursus ad eandem rem, ibi neque ius ad crescendi esse potest *L. 2. pr. quib. mod. usufr.* Porro, portio ad crescit portioni. Vbi igitur ad eandem rem siue ad eandem portionem non est spes concursus, neque est ius ad crescendi. At inter *uerbis* coniunctos non est spes concursus, quoniam semper partes habent, ut ait *L. 89. de leg. 3.* Sed quid plura addere iuuabit! Communis DDrum schola contrariam amplexa est sententiam. Exempli loco sint BERLICH *DEC. 285. n. 15.* MYNSING. *ad S. 8. f. de leg. FORSTER. D. 10. tb. 29.* HAHN. *n. 4. 6.* LAVTERB. *p. 517. pr. STRYK. de usufr. ad cresc.* ut MEVIVM, BRVNNEMANVM alias riteamus. Sequuntur in praxi hanc opinionem Saxonia, teste CARPZ. III. 2. 14. nec non Marchia. *vid. BRVNNEMANN. ad L. 16. de leg. 1.*

*Opinio  
communis.*

S. IX.

## §. IX.

Inueniuntur tamen in iure, ne quid callide Quando ius  
 celemus, certi casus, ubi inter uerbis tantum ader, inter  
 coniunctos ius ad crescendi locum habet. Refe- uerb. con-  
 runtur tres hic in primis species. Sic 1) in legatis iunctos ob-  
 interdum coniunctio uerbis facta, pro coniunctio-  
 ne re et uerbis facta accipitur. Procedit hoc,  
 quando scilicet iusta prae sumptio est, testatorem  
 partes ad scriptisse, non ut partes quidem consti-  
 tueret, sed tantum, ut ostenderet, quas per con-  
 cursum legatarii haberent L. 7. et 8. de reb. dub.  
 OS. A VRELIVS DISPVNCT. XL. c. I. At uero  
 alii speciem hanc non admittunt, ob L. 16. de leg. I.  
 (§. VIII. n. 2.) Excipiunt 2) Si testator duobus,  
 re uel parte disiunctis, tertium addat in solidum,  
 quia tum etiam duos primos, ad diuersas dimidias  
 uocatos, in solidum iunxit se uidetur. Fundus  
 enim tres dimidias non habet. Species est in L.  
 41. pr. de leg. 2. uerbis: Meuio fundi dimidiā,  
 Seio dimidiā lego, eundem fundum Titio lego.  
 3) In medium producunt nonnulli tanquam ex-  
 ceptionem ius ad crescendi tacitum, ex prae sumpta  
 testatoris voluntate L. 120. pr. de V. S. Sed uero  
 exceptio haec potius ad substitutionem legatariorum  
 expressam et reciprocam, quam ad ius adcre-  
 scendi perrinet. Species est: Si testator Caio  
 fundum, Sempronio bibliothecam legauit, addere  
 potest: ius ad crescendi habebunt, licet illos et  
 re et uerbis separauerit, nec ullo modo coniun-  
 xerit.

C 2

§. X.

## §. X.

*Diversitas  
adcretionis  
inter con-  
iunctos, re-  
spectu one-  
ris.*

Adiicimus utiles maxime et diuexatas inter  
JCtos spectantes huc nonnullas obseruationes.  
Communi DDrum sententiae, cuius in §. VIII.  
mentio facta est, qui adstipulantur, sequenti in  
primis quaestioni insudant: Cur scilicet *re* tan-  
tum, *et re et uerbis* coniunctis, non autem *uerbis*  
coniunctis sine onere adcrescat? Acutiores inter  
eos diueritatem in eo ponunt, quod *uerbis* coniuncti ab initio partes suas habeant, hinc, altero  
deficiente, ex illius persona alterum succedere,  
L. 177. de reg. iur. siue commodum siue in-  
commodum respicias. Ex aduerso, *re* tantum  
*et re et uerbis* coniunctos solidum ab initio habere,  
hinc, non concurrente socio, nihil alteri adcre-  
scere, nec ipsi quid diminui. Quare aequum  
non esse, ut alterius onus sentiat. Dum enim su-  
um capit legatum, is, cui nihil inpositum, alienum  
cum onere non accipiat, secundum reformatio-  
nem Justiniani in L. un. §. II. C. de cad. toll.  
Exceptionem sifunt L. 26. §. 6. de fideicomiss. hered.  
L. ult. de his quae pro non script. Conf. LVD. CHA-  
RONDAS uerisimil. t. I. p. 763. nec non EM. ME-  
RILLIVS CAP. V. TOM. IV. EV. OTT. T. J. R.

## § XI.

*Pinguus  
est ius ader-  
in legato*

In legato ususfructus et proprietate legata ius  
adcreendi uarium est. Sic in legato ususfructus  
pars

pars eius adcrecit illi, qui partem non habet. *ususfruct.*  
**L. 10. de usufr. adcresc.** Ast in legato proprietatis, *quam pro-*  
*qui rem non habet, illi quoque nihil adcrecit. prietatis.*  
**L. 87. de A. uel O. H.** *Vsusfructus personae ipsi,*  
*proprietas pro portione adcrecit portioni. L. 33.*  
*de usufr. et quemadm. L. 66. §. 6. de leg. 2.* In legato  
*usufructu pars amissa coniuncto adcrecit, secus in*  
*legato proprietatis. L. 1. §. 3. de usufr. adcresc.* Pro-  
*prietas enim semel tantum adici et constitui pot-*  
*est, usufructu autem in iure adcreendi quotidie*  
*coniuncti gaudere possunt. Hinc constitutus se-*  
*mel et adquisitus ususfructus, postea autem amis-*  
*sus, ius adcreendi admittit. L. un. §. 4. C. de cad.*  
*toll.* Notandum ideo, quod pars ususfructus  
*omissa uel amissa adcrecat alteri, proprietatis au-*  
*tem pars omessa tantum. CVIAC. IV, p. 370.* De-  
*nique ius adcreendi latiorem in usufructu ca-*  
*pit interpretationem, quam in proprietate.*  
*Quodsi enim uel minima coniunctio adparet,*  
*ususfructus adcrecit. Sic ius adcreendi obtinet,*  
*si ususfructus alii legatus, alteri autem fundus,*  
*alteri eiusdem fundi ususfructus relictus sit. L. 3.*  
**S. 2. de usufr. adcresc.** Ex aduerso, nuda proprieta-  
te legata, iuri adcreendi locus non est. **L. 1. §. ult.**  
**d. I. Conf. HENR. a SVERIN tom. IV. EV. OT-**  
**TON. p. 103.**

### §. XII.

Cur potius dicatur ususfructus legari et con- *Vsusfructus*  
**C 3** *stitui et proprie-*

tatis legatum, consti-  
tutio et ad-  
cretio. stitui, quam proprietas; nec non, cur semel ad-  
quisita ab uno proprietas alteri coniuncto non  
adcreseat, at amissus ususfructus adcreseat, quae-  
ritur? Respondemus: unius rei proprietas una  
est, quae momento constituitur, eo solum tempo-  
re, quo vindicatur ab initio. §. 14. *J. de act.* Ast in  
facto utens frumentis consistit, ut non prius con-  
stituatur ususfructus, quam quis utatur fruatur.  
Neque obstat *L. un. quand. dies leg. ususfr.* quod scilicet  
ususfructus dies semel cedat, ergo et semel  
constituatur. Nam respicitur hic ad testatoris uo-  
luntatem, utrum expresse legetur ususfructus in  
dies singulos, an tacite, ut illo nimirum casu dies  
saepius cedat, hoc uero semel.

## §. XIII.

*Juris adcer-* Occasione *L. 9. de suis et legit.* de differentia  
*er substitut.* iuris ad crescendi et substitutionis valde disputa-  
*differentia.* tum fuit. Vtriusque iuris potissima in eo quaere-  
randa est differentia, quod scilicet ius ad crescendi  
reale sit et pars parti adcreseat *L. 33. de usufr. et*  
*quemad.* ius uero substitutionis personale, hincque  
ad heredes, hereditate non adita, transmitti non  
possit. Porro, uel in eo iura utraque differunt,  
quod ius ad crescendi (*§ II.*) inuito quoque con-  
petat, substitutione autem non nisi cadat in uolentem  
*L. 41. §. 6. de uulg. et pup. subst.* ubi explicatur *L. 59.*  
*de A. uel O. H.* In eo autem substitutione melior est  
iure ad crescendi, quod illa uenit ex uoluntate te-  
stato-

statoris expressa, ideoque praeferatur, ad crescendi autem ius sit tacitum. L. 2. § 8. de hon. poss. sec. tab. L. 67. de A. uel O. H. Neque obstat L. 30. de uulg. et pup. subst. Ibi enim ideo coniunctus substituto praeferitur, quia conditio substitutionis, quae ibi adiecta, non extitit. De caetero triplicem iuris utriusque conuenientiam exhibet EM. MERILLIUS CAP. IV. p. 1760. EV. OTTON. T. J. R.

## §. XIV.

Vt leuiora, quae alias simul adferri solent, *Ius ad crescendū* argumenta mittamus, uel duo iam sufficientia, pro *in contrahēbū ex suis lat.* firmando ueriori sententia, ex quibus aduersario- rum opinioni ipsam iuris rationem repugnare, luculenter satis constabit. Quum alteri quid ad- crescat, necesse est, ut ab altero fuerit repudiatum, uel morte uel alia iusta caussa interueniente; in contractibus autem, si u. c. fundum mihi et tertio emi, ut ut ignorantis, adiectionis extranei inutilis est. L. 64. de contrah. emt. et t. t. C. Si quis alteri uel sibi &c. Per liberam enim personam nemini obligatio ad- quiritur, sed tantum ea, quae naturalia sunt, qualis est possessio. Neque obstat dicere. in d. L. 64. ius ad crescendi ideo esse fundatum, quia promissoris hic interest, uerosimiliter enim non erat partem emturus et in communionem cum uenditore se praecipitaturus. Quam ob rem bene responderet B. R. V. N. N. M. ad cit. L. 64. caussam decidendi hic non esse ius ad crescendi, sed inutilem adiectionem extranei. Nam, licet res emta diuisionem reci- piat,

piat, tamen sine incommodo contrahentium diuidi illa nequit. Hinc tertius frustra est adiectus, ideoque rota emitio in persona emtoris cepisse dicitur, eamque sibi in solidum adquirit, ne scilicet quis inuitus in communionem incidat, maximas saepius discordias et incommoda parientem. Neque est, quod quis firmam alias in iure adcrescendi regulam: neminem rem eandem pro parte probare, pro parte inprobare posse, ad contractus quoque applicare uelit. L. 30. de hered. petit. Nam in contractibus alter solidum debet L. 2. de duob. reis stip., idque non ex coniunctione uenit, sed ex ipsius conuentionis forma, a qua partium non est, ut recedant pro arbitrio. L. 12. § 3. de solut. L. 8. C. de O. et A. De caetero quam prudentissime obseruat ILLVSTRISS. L. B. DE COCCII TOM. II. p. 355. iur. contr. disparatis rationem accidere in questione hac ideo, ut ultima testatoris mens firma persistat, idque maximam uerosimilitudinem iuris auctoritate habere; in contractibus autem non sufficerre unius uoluntatem et eius interpretacionem, parte altera contrarium affirmante.

T A N T V M.

**S**ein lieber Storilax! was hilft dich dein Verstand,  
Wenn er nicht brauchbar ist? was nutzt ein Diamant,  
Der in der Mutter liege? dein Wissen muss auch dienen:  
Ich meine, nicht nur dir; nein: es muss allen gründen.  
Du machst von Klugheit, Wiz und Einsicht grosses Werk;  
Du schreibst: die Themen sey nur blos dein Augenmerk;  
Und gleichwohl mag dein Herz nicht ihre Rechte lieben.  
Auss Wissen kommtts nicht an; das Gute muss man üben.  
Der ganze Wörterkram mit dem so mancher stiftet,  
Ist eine Prahlerien, die weiter gar nichts nutzt.  
Sieh unsern Stöckel an! Der will uns heute lehren:  
Dass Zank und Streit nunmehr zur besten Welt gehören.  
Sein Geist, der allbereits von seinem Fleisse zeigt,  
Und in Apollens Kunst schon unserm Günther gleicht,  
Will heute einen Sas aus Bürgerlichen Rechten,  
Zu Troz der Tadelhucht, mir Gründlichkeit versechten.

Berritt demnach, mein Freund / der Themon Heiligthum  
Erstreite Dir den Sieg, und sammle Ehr und Nuhm  
Von Deinen Gegnern ein. Dein Wiz, Verstand und Wissen  
Wird Storilaxen noch zum Beypiel dienen müssen;  
Wenn Dein Verdienst bereits schon immer höher steigt,  
Und Dir des Schicksals Hand verdiente Palmen reicht.  
Drum eile höchstwirksam nach Breslau bald zurücke,  
Es hauet dasselbe Dir schon Dein künftig Glücke.

Dieses wollte zu Ehren des Herrn Vertheidigers  
dieser gelehrten Dogen mit vielem Vergnügen  
beseehen

ein aufrichtiger Landsmann und  
ergebner Diener,

**C. G. v. Lieres u. W. Eq. Sil.**  
Oppon. Ord.

**N**imm dies Zeichen meiner Liebe,  
Nimm, mein Freund, die Handschrift hin.  
Diese zeiget Dir die Eribe,  
Wie ich Dir ergeben bin.  
Ich erwarte gleichfalls Proben,  
Die mir Deine Freundschaft loben.

Carl Friederich Meissner.  
B. N. B. Opp. Ord.

**N**straß sucht und weiß die Söhne zu belohnen,  
Die sie vor würdig hält. Sie zeigt es auch an Dir,  
Wen sie als Mutter liebt. Wen? die bei Wein und Bier  
Gelehrten Wind gemacht? und Kiel und Bücher schonen?  
Nein, Freund, die so wie Du, aus Eisen viel zu wissen,  
Wenn Pfseß und Nachtlicht brennt, gelehrt den Schweiß vergießen.

August Johann Jacobi.  
J. V. Stud. Opp. Ord.

**W**erther Freund, den Herz und Ausdruck lieben,  
Glücke mir Dein Bild nach wahren Eriben,  
O! so wird in Dir mit frischen Zügen  
Gelahrtheit liegen.  
Reicht dem Witz die Tugend ihre Hände,  
Dass sie ihm, er ihr sich ganz verfänden;  
So entreift mein Stockel dem Verzenken  
Sein Angedenken.  
Zeigt Du Dich so schön des Themas Schonen,  
So wird Ruhm und Glanz die Arbeit krönen;  
Und ich werde nie bei Deinen Ehren  
Der Lust entbehren.

Hierdurch wollte dem Herrn Wertheidiger dieser Streit  
Schrift ergebnis Glück wünschen

Joh. Otto Uhde,  
J. Stud. Astroburgo-Borussus, Oppon. Ord.

+

94 A 7372

ULB Halle  
001 681 94X


3





B.I.G.

Black



8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
  
Inches  
Centimetres

Farbkarte #13

Blue

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

12.

15

Q. D. B. V.

# IVS ADCRESCENDI

DISSERTATIONE PERIODICA

PRAESIDE

IO. GOTTL. DE HACKEMAN

J. V. D. ET P. P. O. FACVLT. JVRID.

h. t. DECANO

VI. KALEND. OCTOBR. MDCCXXXIX.

IN

AUDITORIO ICTORVM

DEFENDET

CHRISTIAN. GOTTL. STOECKEL:

MONSTERBERGENSIS SILESIUS.

FRANCOFVRTI CIS VIADRYM

EX OFFICINA ALEXII.

